

EPISTOLA AURELII CARTAGINENSIS EPISCOPI AD DAMASUM PAPAM.

BEATISSIMO PAPAE DAMASO AURELIUS Cartaginensis episcopus.

5 *Gloriam* apostolicae sedis et vestrae sublimitatis gratiam *nostra humilitas*
exorat, ut statuta, quae repperire poteritis, post finem *beati principis apostolorum*
Petri usque ad vestrae sanctitatis principium iuxta *apostolicae sedis* auctoritatem,
quam cognovimus per vestrae sapientiae *sanctitatem gubernari, nobis* scripta
 10 mittere *dignemini, quatinus* per vestrae sanctitatis nobilitatem atque prudentiam
 nosse valeamus, *quae in* praefata *sancta sede* supradictis temporibus sunt decreta
 et, *qui adversa canonum apostolorum* instituta gesserunt, *cognoscatur.*

Bene vale, sanctissime *papa*, et *ora pro nobis*, amantissime pater.

Data VIII Kal. Martii et lecta Romae V Non. Maii.

5 repperire] *corr. from* repperiri V. 7 gubernari] *corr. from* gubernare V.

3–12 BEATISSIMO ... Romae: *cfr Ps.-Hieron., ep. 44/Liber pont., praef. (DUCHENSE, Liber pontificalis I, p. 117 l. 1–6).*